



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

88. Gerardus à Groesbeck.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

colligas, quanta Ecclesiæ Leodiensis fuerit amplitudo: quæ, cum hodieque sit amplissima, aliquot Episcopatibus nouis erigendis, terras, & populos, concessit.

Robertus, vni Deo vacandi studio, Episcopatum sponte reliquit, succedente Groesbekano, anno 1564.

LXXXVIII. GERARDVS
GROESBEKANVS.

Leodienses ad Fidem Catholicam, & Romanam retinendam, & tuendam, acri, & efficaci oratione hortatus est, quæ hætenus nunquã interrupta in nobili isto Episcopatu, ab ipsis Apostolorum temporibus, fuisset. Conclamatum vno ore ab omnibus, Velle in Maiorum sacrosanctâ Religione vivere, & mori.

E

Vi-

Vicini interea Hæresi additi, praua dogmata per impios Ministros spargebant, & pruriente aure excipiebant: imagines sacras confringebant: & deniq; Religionem auitam cõculcabant. Hasselerenses vicino malo afflati, ad eandem perniciosam libertatem aspirabant.

Præsul veritus, ne mala ista contagia Oves hæctenus innocentes, & sanas læderent, officij eos admonet, tum litteris missis, tum etiam viris, Catholicâ Religione, & prudentiâ pollentibus. Quæ, vbi parum proficiunt, rebelles eos & Diuinæ, humanæq; Majestatis reos, à rerum capitalium Iudicibus, declarari mandat.

Leodij, eâdem de causâ, intentissimè vigilatum, & inde in perpetuum exilium eiectione aduenæ,

næ, qui praua dogmata clanculum disseminabant. Masekani itidem nouis rebus studentes, vt rebelles damnantur. Mox contracto Exercitu, Groesbekanus, omnium Ordinum consensu, Hasselêses obsideri iubet. Quin ipse eodem profectus, frustra feroces, ad deditiorem compellit, pollicitos, in Maiorum Religione deinceps perennaturos. Exemplum eorum secuti Masekani. Omnes præsidium Militare receperunt.

Collegium Societatis IESU Leodij admisit: eique, præter cæteram beneuolentiam, duos Prioratus vniuit, Sancti Seuerini, & quod dicitur De Muno.

Gregorius XIII. Pontifex verè Maximus, & Optimus, ad Magistratum Leodiensem litteras anno 1575. dedit: quibus

E a eorum,

eorum, & totius Populi constantiam in Fide, magnifice laudat, & vt porro pergant, hortatur. E quibus Leodienses meos illa verba recordari velim, & altè animo infigere: *Confirmabant vos Catholicam Religionem, piè, catholiceq; colere: haereses pœnitus odisse, & detestari, atque abigere.*

Post multa, præclarè, maximè pro Religione gesta, Episcopus Gerardus, defunctus piè & Catholicè est ferijs SS. Innocentium anno 1580.

LXXXIX. ERNESTVS
BAVARVS.

Patribus Societatis IESV, qui iam inde ab anno 1566. sub Groesbekano, Leodij Deo, & Proximo operam dederāt, Domicilium attribuit, quod Fratrum